Quelle: https://manuscripta.at/?ID=35998
Copyright: Melk, Benediktinerstift



De tyberio cesare

Legitur quod tyberius cesar lepra infectus fuit
Qui audita fama ihu albanum quendam
misit ad pylatum pro ihu medico Cum albano
ostensa est quedam venerabilis matrona
nomine veronica · que illi omnia de ihu veri=
ssime narrauit addens insuper de ymagine
vultus saluatoris impressa · Quo audito
albanus gauisus ipsam matronam cum ymagi=
ne saluatoris romam adducens tyberio
cesari presentauit Qui visa ymagine statim
sanitatem recepit Ad hunc tyberium pylatus
scripsit de passione et resurrectione domini et de=
virtutibus eius per quas crescente plurimorum fide deus
crederetur Tyberius autem hoc audiens cum
magni fauoris suffragio retulit ad se=
natum · ut xpus deus haberetur Senatus
autem indignacione motus cur non sibi prius
secundum morem delatum esset · ut de suscipiendo
cultu xpi prius ipse senatus decerneret hoc
facere renuit · Quod utique diuina voluntate
actum est · ne diuina virtus humanis putaretur
assertionibus indigere ·

Sequitur epistola regis abagari
missa ihu domino nostro ·